

Sammelband La 165.

7. 7.
I. N. J. A.

HODEGETICUM,


BREVIBUS APHORISMIS

Olim pro Collegio Con-
cionatorio,

Conceptum & nunc revisum

JOH. BENEDICTO CARPZOV,

S. Theol. Doct. & Prof. P. &c.



LIPSIAE,

Sumptib. TOBIAE RIESEN, Bibliop.

Literis JOHANNIS BAUERI,

Anno M, DC. LVI.

I. N. J. A.
HODEGETICUM.

Marc. I, 39.

JESUS ERAT PRÆ-
DICANS,

Annae M. DC. LVI.
Liber Johannis BARRIS,
Impressor. TORIS KREMER, Bibliop.



I. N. J. A.



Vid ad *Oratoria Ecclesiastica* studium Theologiae S. consecraneos ac Studiosos provocare debeat, per integrum librum, qui *Ordine suo* est XIV. exposuit *Nicolaus*

Caussinus in *Opere*, quod de *Eloquentia Sacra & Humanâ* scripsit. Nec minus planum idem fecit *Dn. D. Hülsemannus* in *præfat. Oratoriae suae Ecclesiasticae*, ut non necesse sit pluribus id nunc repetere. In ipsâ autem *Oratoria Ecclesiastica* seu *Methodo* concinnandâ, nemo hodiè prolixus esse poterit, cum id antea abundè præstiterint, *Viri & multi & eruditi*. Ex *LUTHERANIS Saccus, Hunnius, Jac. Andrea, Cramerus, Osiander, Backmeisterus, Philippus Melanchthon, Hemmingig, Balduinus, Forsterus, Meisnerus, Gerhardus, Hülsemannus, Schlepnerus, Pancratiq, Botsaccus, Rebhan &c.* Ex *PAPISTIS Reuchlinus, Erasmus, Cyprianus Soaretz, Granatensis, Sixtus Senensis, Possevinus, Caussinus, Schottus, Stella, Alvaretz, Peresius, Franc. Romanus Mamertinus, Drexelius, Rudolphus à Tosignano &c.* Ex *CALVINISTIS Bullingerus, Scultetus, Polanus, Snecanus, Hyperius, Suttivius, Zep-*



2

perus, Crocius, Alstedius, Bucanus, Perkinsus, Sobrius, Grossius, Kekermannus, Martinus, &c. Quæ igitur alii, prolixè ac latiùs annotarunt, illa brevissimis Aphorismis *Hodegeticis* complectemur & exhibebimus in rem ac usum Studiosæ Juventutis in Collegio Concionatorio occupata, ut habeat in oculis & mente semper, ad quod Conciones suas vel disponere, vel dispositas corrigere & emendare debeat.

SUMMA ISAGOGES.

Duo sunt, in quibus omnis formandarum concionum ratio consistit. Unum est *Apparatus*; Alterum verò *Applicatio* apparatus ad Concionem. Veluti enim is, qui domum ædificare vult, prius materiam omnem extruendæ domus apparat, & arenam, lateres, calcem, tegulas, saxa, trabes, asseres, opportunè in unum locum comportat, ac deinde partitur & segregat, quæ separanda sunt, & ordine componit, quæ conjungenda: Ita etiam in hoc sacro negotio, quod Scripturæ stylò cum re ædili non incongruè comparatur, *Esai. XXXIII, 20. LIV, 2. Jer. XXX, 18. Amos IX, 11. I. Tim. III, 15. Ebr. III, 2. X, 21. I. Pet. II, 5.* non constitui poterit & extrui statim *Concio*, sed apportanda prius sunt, & studio diligenti coacervanda, quæ postmodum in ordinem suum justum compingi debent. Nec aliud vult *Drexelius*, quando *part. III. Aurifodine c. 13. n. 8. p. 1125.* monet, *Omnia concionem bis seculò esse scribendam.*

MEM-

MEMBR. I.

De

APPARATU CONCIONIS,

APHORISMUS I.

Pietas suprema lex esto!

S. 1. Omnia hic Dn. Morlinus dixit, quando, quod Chemn. part. III. Loc. Theol. Art. de Eccles. M. IV. p. 358. de illo refert, singulos S. Ministerio iniciandos ita affari solitus est: *Arbeite redlich; Meyne es treulich; und bete fleissig.*

S. 2. Omnino autem *pietas* suprema lex est, cui à primis ungviculis innutritus esse debet præco VERBI, & non scopum alium sibi figat, præter DEI gloriam, sanctificationem nominis ejus, edificationem Ecclesie, ac salutem æternam auditorum. Neque tamen excluditur inavórh, sed potius includitur, & ab Apostolo requiritur, 2. Tim. II, 2. Tit. I, 9. quam Prophetæ & Apostoli quidem olim per peculiarem afflatum nacti fuerunt; hodiè autem non sine multo labore ac sudore & studio illa acquiritur.

S. 3. *Pietas* excludit omnia vitia, tam mentis, quam voluntatis, & ut mens ab omni errore sit immunis, à voluntate verò pravi affectus omnes exsulent. Præprimis autem exesse debet pravus ille affectus, qui præ cæteris dominari solet, *superbia* & *placendi studium* ac *ambitio*, quò typhò correptos, proh dolor! multos sæpè deprehendimus. Est enim Evangelium,

A 3

doctri-

doctrinae genus, in quo nihil minus quaerere debemus, quam gloriam nostram, & praesentissimum periculum *κενοδοξία* est, fons peccati ac ruinae. Unde graviter ab hoc vitio dehortatur Apostolus I. Thess. V, 6. Gal. V, 16. Phil. II, 3. & Gal. V, 3. pronunciat, istum nihil esse, qui existimet, aliquid se esse. Nunquam ex singulorum memoria, qui in studio concionandi occupantur, abeat Lutheri monitum, quò praefationem Scriptorum suorum, prout T. I. Jen. germ. sub initium ista habetur, clausit: Fühlest du dich / und lasset dich düncken / du habst es gewiß / und kühelst dich mit deinem eigenen Büchlein / Lehren / oder Schreiben / als habestu es sehr köstlich gemacht und trefflich gepredigt / gefället dir auch sehr / daß man dich für andern lobe / wilt auch vielleicht gelobet seyn / sonst würdestu traure oder ablassen. Bistu der Haar / lieber / so greiff dir selber an deine Ohren / und greiffestu recht / so wirstu finden ein schön Paar grosser / langer / raucher Esels Ohren / so wage vollend die Kost daran und schmücke sie mit gülden Schellen / auff daß wo du gehest / man dich hören könnte / mit Fingern auff dich weisen und sagen / Sehet / Sehet / da gehet das feine Thier / daß so köstliche Bücher schreiben und trefflich wol predigen kan. Alsdenn bistu selig und überselig / im Himmelreich / Ja / da dem Teuffel sampt seinen Engeln das höllische Feuer bereit ist. Summa / lasset uns Ehre suchen /

5

chen/und hochmütig seyn/wo wir mögen.
In diesem Buch ist Gottes die Ehre al-
lein/und heisset: Deus superbis resistit, hu-
milibus autem dat gratiam, cui est gloria
in secula seculorum, AMEN. *Ecclesiastes*
turgidus quid est, inquit Drexelius loco alleg. p. 1126.
nisi mimus aut tragædus, ad pompam facundus, in-
plausum ambitiosus, qui sua omnia eo derivat, ut os
populi mereatur, & famam nomenq; colligat.

S. 4. *Ἰκανότης* verò confundit omnem te-
meritatem istorum, qui absq; sufficienti instru-
ctione munus hoc adoriuntur & attentant, si
modò felicem memoriam nacti, *homilias exPo-*
stillis recitare possunt. Conquestus jam tum
de his *Apostolus* est, quòd vellent esse Doctores
legis, nec tamen intelligerent, quæ loqueren-
tur, *1. Tim. 1, 7.* *Canales multos hodiè habemus in*
Ecclesia, conchas autem perpaucas, Bernb. serm.
XIIX. in Cantic. T. III. opp. f. 26. scribit, Tan-
ta charitatis sunt, per quos nobis fluent a cœlestia e-
manant, ut antè effundi quàm infundi velint, loqui
quàm audire paratiores, & prompti docere, quod non
didicerunt, & aliis præesse gestientes, qui seipsos re-
gere nesciunt.

APHOR. II.

Textus, qui pro Concione exponi
debet, accurato studio semel ac ite-
rum legatur, intelligatur ac adeò fa-

A 4 miliaris

miliaris reddatur, ut *memoriter* etiam recitare eum liceat.

§. 1. Nimirum, quia mos *hodie* obtinuit in Ecclesia, ut non sine proposito textu ad populum Concio instituat, sed semper certus aliquis textus prælegatur, ad quem deinceps omnis Concio dirigi debet; ideo præprimis omne studium eò conferendum est, ut textus ritè cognitus perspectusve habeatur.

§. 2. Ubi multum proderit, si (1.) *Textus* non minus in *Fontibus*, quàm in *Versionibus variis Græcis, Latinis ac Germanicis*, semel & iterum privato studio legatur. (2.) Quid propria industria, in *apprehensione veri sensus & analysi textus* alicujus, possit, attentetur, & (3.) tandem *Commentatores* in rem applicentur & adhibeantur.

§. 3. Hanc in rem *Studiose juventuti* commendatæ esse debent *lectiones publicæ*, in quibus *Commentatio super libros Biblicos* instituitur, ut discat textum tractare, resolvere, applicare &c. V. *Baldwin. c. 2. Idea disposit. Biblicar. p. 14. seqq.*

APHOR. III.

Scopus & Argumentum textus observentur, & an vel ad *Informationem*, vel ad *Refutationem*, vel ad *Morum Instructionem*, vel ad *Correctionem*, vel ad *Consolationem*, directus ille sit, probe animadvertatur. §. 1. Rhe-

§. 1. *Rhetores profani tria causarum genera numerant, ad quæ universam actionem Oratoris restringunt. Ecclesiasticus autem præco ac Orator meritò ductum Apostoli Rom. XV, 4. 2. Tim. III, 16. sequitur, & ad quinq; capita omnem suam actionem dirigit, quorum (1.) διδασκαλικόν, (2.) ἐλεγκτικόν. (3.) παιδευτικόν. (4.) παρηγορητικόν. (5.) ὑποσηματικόν. Vid. Hunnius in Meth. Concion. p. 8. & 9. ac Hyperius l. 2. c. 1. p. 116.*

§. 2. *Hæc quinq; dicendi genera perpetuò in mente haberi debent, ut ad Unum ex illis, vel etiam plura, omnis Textus referri possit, si de ejus scopo cognoscere aliquis, & feliciter, quid reconditum in eo sit, quid item de eodem dici possit, indagare velit.*

§. 3. *Et facillimo labore id fieri quidem potest, si probè advertantur singulorum generum species, Objecta ac proprie formæ à D. Hülsin. p. 21. seqq. memorata & Antecedentia, Consequentia, ipsiusq;ve textus Circumstantiæ ritè evolvantur ac perpendantur.*

§. 4. *Cùm verò rarò Unus textus Unò dicendi genere absolvatur & usu multoties veniant, qui plura involuta habent, præsertim in Pericopis Evangelicis & Psalmis Davidicis, item in Proverbiis Salomonis & Syracide, ideò & non confundi invicem debent, quæ distincta sunt, sed distincta quoq; ratio eorum haberi ac diligenter animadverti, quid in textu ad Informationem, quid ad Redargutionem &c. pertineat.*

Ubi tamen non semper juxta *seriem versuum* aut *verborum* in textu positorum procedi potest, quod notavit *Hülsm. p. 30. seqq.*

APHOR. IV.

De textus *Genere, Argumento ac Scopo* ubi constat, tunc *ἀνάλυσις* ejus ac *resolutio* suscipi debet.

§. *Triples analysis* instituenda est. (1.) *Grammatica*, quæ vocabula & phrasas ponderat, & cum parallelis confert. (2.) *Logica*, quæ judicat, & quid textui congruat & conveniens sit, in eoque vel affirmetur vel negetur, probetur aut refutetur, dignoscit. (3.) *Rhetorica*, quæ amplificat & in textu affirmata aut negata diffusius proponit ac tradit. Hujus triplicis *analyseos* beneficio non modo in ipsa textus *adyta* penetrare licet ei, qui populo textum exponere vult; sed & aliis, ut & ipsi eò penetrant, subveniri potest.

APHOR. V.

Omniū autem maximè in *argumenta textus* inquirendum est, & quæ ibi sint *argumenta*, diligenter perpendendum, inque illa textus *resolvendus*.

§. I. *Armamentarium* istud commune, ex quo omnia *argumenta* peti possunt, sive *Themasim-*

9
ma simplex fit, sive *Compositum*, ex *Logicis* ac *Rhetoricis* sciri debet & hinc merito præsupponitur. Quæ autem *argumenta* cuiq; dicendi generi sint propria, diligenti studio discerni invicem debent, *docentia* à *refutantibus*, *consolatoria* à *pe-
deuticis* & *correctoriis* &c. Uti prolixè ostendit, D. Hülfmann, toto cap. III. p. 24. seqq. & toto libro secundo de *Formandis Concion. Sacris* *Andreas Hyperius*.

§. 2. Primò autem illa argumenta, quæ textui *insita* sunt, investigari debent, & deinde per ipsorum defectum, de argumentis aliunde assumendis dispici; & cautè *Argumenta Proban-
tia* ab *Amplificantibus* secernenda, ut quid in textu *probet*, quid item *amplificet* ac *illustret rem vel argumentum*, non obscurum sit in Concione.

§. 3. Nec tamen omnia hic comportari debent, sed ea saltem, quæ pro præsentis textus ratione & auditorii cōditione maximè ad rem facere videntur. Cumq; ex *Scripturæ* verbis ista exprimere plurimùm conducat, maximè se hinc commendant *Enchiridion Locorum Comm. Theolog.* à *Fegvernekino* ex *Marlorati Thesauro* collectum & post *Flacy Clavem*, *Petrus Ravanel-
lus* in *Bibliotheca Sacra*.

APHOR. VI.

Ut verò illa argumenta, quæ probant, talia ac tanta appareant & digno-

dignoscantur, de *amplificantibus* etiam *argumentis* sollicitus esse debet *Concionator*.

§. 1. In hanc rem applicare potest omne instrumentum amplificandi, quod *Schola Oratoria* suppeditat, ut sunt, quoad verba: ἀνέλιξις, ἐμφασις, ἑπιεικία, συνουσία, expolitio, congeries, incrementum: quoad ipsam rem verò: translatio ἰδέσεως ad ἰδέσθαι, excussio causarum, adjunctorum, circumstantiarum &c, Sicut prolixè hoc *D. Hülfemann*, c. 9. p. 113. seqq. ostendit.

§. 2. *Exempli gratiâ*, si quis textum *Matth. VI, 33. Quærite primum regnum DEI* amplificare vellet, is à *QUALITATE & QUANTITATE* amplificationem peteret, hòc modò: *Quærendum est regnum DEI amore, timore, diligenter & frequenter, in Ecclesia, in hac vitâ &c.*

§. 3. Et quamvis ex omnibus illis locis, ex quibus *explicantia & probantia* argumenta sumuntur, etiam *amplificantia* argumenta sumi possunt, sequentia tamen præprimis loca inventionis præ cæteris attentionem merentur, & locum suum occupant, ex quibus amplificantia argumenta desumi debent, *Definitio* scilicet, *Oppositio*, *Comparatio*, *Distributio*, ac *Enumeratio* partium, *Specierum*, *causarum*, *effectorum*, *Exemplum*, *Similia*, & *Autoritas*, sive *testimonia* *Scripturæ*, *Patrum & Gentilium*, de quibus posteriori-

rioribus sequentia cautelæ locò observari debent.

S. 4. (1.) *Testimonia Scripturæ* non tam Cumulari, & numerari, quàm appositè citari debent, singulorumq; tùm *Emphasis*, tùm applicatio brevibus & appositè signari ac notari. (2.) *Exempla Sacra profanis* præferenda nec tam numeranda quàm seligenda. (3.) *Similia* ultra tertium suum non extendantur. (4.) *Patrum testimonia* saltem inspergantur. (5.) *Gentilium dicta & facta*, non probationis sed pudoris injiciendi causa & per argumentationem à Minori ad Majus admisceantur.

APHOR. VII.

Et quia è re & commodo plebis est, non in uno genere tantùm occupari, verbi gratiâ, *docere* tantùm; Sed etiam *corrigerè, consolari* &c. idè de *Applicatione textûs* etiam cogitari debet.

S. 1. Hinc, si unicum tantùm genus ac argumentum textûs, qui præ manibus est, habeat, tunc præ cæteris quidem istud attendi debet ac dominari in concione, applicatio verò ejus ad cætera genera instituenda, prout *integrè cap. IV. Oratoriae sue D. Hülsemann. p. 34. seqq.* ostendit, quomodo ex lino genere dicendi ad alterum descendendi, & ex uno alterum deduci debeat.

Videa-

Videatur etiam *B. Balduinus in Idea disposit. Biblic. cap. 5. p. 44.*

§. 2. Non autem, quicquid in buccam venit, hinc effutire licet, sed cum *judicio prudentiâ temperato* in *Confectariis* hisce, quæ *Loci Communes* vulgò appellari solent, procedendum est. Seligantur enim (1.) quæ ex textûs sensu *literali* fluunt. (2.) quæ *homogenea* sunt, & non aliena planè ab argumento & scopo textûs. (3.) quæ *loco, tempori, ac presenti etiam auditorio* conveniunt.

§. 3. Singula autem argumentis tam probantibus quàm amplificantibus muniantur, & illa, quæ fortissima, præ cæteris eligantur. Conferatur §. 3. *Aphor. VI.*

APHOR. VIII.

In promptu habere expedit *Formulas connectendi*, quibus tùm *partes Concionis* inter se, tùm *diversa genera*, tùm *argumenta* venustè ac concinnè invicem connectantur.

§. Nimirùm, quia ex *distinctis* partibus & argumentis ita sub uno Themate collectis *num Corpus compositum* ex suis certis membris fieri debet, in parata memoria semper habeantur ejusmodi formulæ, quibus membra ista inter se conglutinentur, ne monstruosum corpus fiat. Hisce formulis totum *cap. X. in Oratoria*

Eccle-

Ecclesiastica dicavit Dn. D. Hülsman. pag. 129. eas
Dn. D. Forsterus in *Methodo Hülfemannianæ Ora-*
torix subjunxit p. 277. seqq. collegit, & integrum
libellum illis complevit Job. Mollerus Pastor Ec-
clesiæ Dirsebaviensis in Borussia.

APHOR. IX.

Non minùs necessarium est
ad apparatus Concionis nosse,
quomodo *Affectus* moveri debe-
ant.

§. 1. Quia enim finis Oratorix Ecclesia-
sticæ est non *docere* tantùm, sed etiam *flectere*
& *movere* animos, quod *Augustinus* etiam l. IV.
de Doct. Christ. c. 12. pag. 260. annotavit, ideò in
promptu esse oportet argumenta, quibus id præ-
stare possit Concionator.

§. 2. Moveri autem possunt affectus (1.)
Rhetoricè partim per *Tropos* & *figuras*, de quibus
videatur *Hülsm. pag. 172.* ubi ostendit, quæ fi-
guræ singulis dicendi generibus conveniant:
partim per *Exaggerationem* & *amplificationem*,
cujus formulis totum c. XII. p. 177. seqq. imple-
vit Dn. D. Hülsm. (2.) *Logicè* per solidam *illatio-*
nem. Cùmq; aliàs hæc occultari soleat in *pa-*
raphrasi textûs analytica, ad affectus tamen cien-
dos, non parum præstat, si *illationes* apertè po-
nantur & ad statum præsentem accommoden-
tur, ac de hoc vel illo *particulari statu*, de hoc
vel

vel illo individuo, in quo vel cui affectus debent moveri, subsumatur ac concludatur. (3.) *Comicè & representativè*, quando v.g. hi vel illi peccatores, adulteri, raptores, calumniatores &c. descriptionibus & ideis suis ante oculos ita ponuntur, ut non tam dici, quam geri in presentia videantur. (4.) *Theologicè* per diligentem impressionem hujus vel illius phrasæ, dicti, moniti, exempli, & effusam precationem ad Deum pro hoc vel illo vitio extirpando, pro hac vel illa virtute instillanda, pro hoc vel illo supplicio aut malo avertendo &c.

§. 3. Singulis effectibus sciendis v. g. *Amori, odio, merui, pudori, spei, fiducia &c.* certa & peculiaris argumenta applicari solent, de quibus prolixè egerunt *Hülsem, tot. C. XI. p. 150. seqq. & Hyperius c. XVI. tot. p. 94. seqq.* Quia verò imprimis *Tres Affectus* in omnibus Concionibus movendi sunt, (1.) *Odiu* peccati & vitiorum, (2.) *Amor* Virtutum & pietatis, (3.) *Spes ac Fiducia*, præcipua argumenta moventia hic notare expediet. *Odiu peccati & Vitiorum* concitare possunt 1. peccati atrocitas, 2. Dei Majestas, 3. Divinorum munerum ubertas, 4. *Passionis Domini* acerbitas, 5. *Ira* divina gravitas, 6. *agonis ultimi* difficultas, 7. *Judicii extremi* severitas, 8. *Infernalium poenarum* varietas. *Amor & Pietas* excitatur 1. per *Divinum præceptum*, 2. *nostrum debitum*, 3. *Passionis Domini meritum*, 4. *nostrum cum Christo consortium*, 5. *Virtutum decus & elo-*
gium,

gium, 6. Sanctorum exemplum, 7. promissum præmium, 8. consequens damnum. Spes ac fiducia potest accendi, si inculcetur 1. divina misericordie magnitudo, 2. meriti Christi amplitudo, 3. promissionum Evangelicarum universalitas, 4. Juramenti divini firmitas, 5. Verbi & Sacramentorum efficacia, 6. Testimonii interni infallibilitas, 7. Promissionis Certitudo, 8. exemplorum multitudo.

APHOR. X.

Postquam ad fontes suos reditus ita est *Textus*, & de *Apparatu* prospectum, ulterius de *Methodo*, quam quis eligere & sequi velit in Concione de Textu ad populum dicenda, cogitandum.

§. 1. *Methodus* est vel *Analytica* vel *Synthetica*. *Analytica* in Ordinatione & explicatione textus occupatur, textum in suas partes resolvit, earum verba ac phrasas explicat, quid Spiritus S. illis velit, indicat, ac Doctrinas inde fluentes subnectit. *Synthetica* ex textu ejusq; scopo certum *Locum communem* instar argumenti seligit, quem certo modo tractat, argumentis non tantum insitis, sed etiam aliunde assumtis.

§. 2. Quamvis verò nulla possit esse Concio, quæ non & ex *Analyti* & etiam ex *Synthesi* constet,

B

stet,

stet, hodiè scil. & in nostra Ecclesia, ubi *textuales Conciones* vigent, & *libera*, ut vocantur, feliciter exulare jam olim cœperint; tamen à *potiori & prædominante parte*, uti hîc denominatio fit, ita etiam ejus ratio præprimis habenda est, & determinandum, Utrum quis *Textum* per partes suas *analyticè* enarrare velit, an verò *dogmaticè* incedere, & de uno alterove *thematè* textui conveniente, sive *simplex* istud sit, sive *Compositum*, differere ac docere.

§. 3. *Chrysostronus* in Concionibus suis (quarum ideam, characteres ac virtutes *Nicol. Causinus* ordine suo, toto l. XVI. sistit, *Hyperius* verò per totum suum tractatum cum præceptis miscuit) semper conjungit & ἀνάλυσιν, & σύνθεσιν.

§. 4. Noster *Lutherus* in suis Concionibus non ἀμέθοδος fuit, quod vulgò putatur. Ut ut enim *aliquid Heroici Spiritus* etiam hîc devenerari oporteat nos, quod imitari nec possumus nec debemus, tamen semper *vestigia Methodi* utriusq; hujus, nunc *Analyticæ* nunc *Syntheticæ* deprehendere licet. Exemplum esto homilia in Postill. Domesticis supra pericopam Dominicæ XI. Trinitatis, dum hæc scribo; incidentis. In illa *Syntheticam* methodum B. *Lutherus* sectatur & ita proponit: Im heutigen Evangelio lehret uns unser lieber HERR Christus/wie wir rechtschaffene Christen/und demütig seyn sollen. Denn durch diese Tugend allein kömme

kömmt man zu Gnaden. Wo aber diese Tugend/
 nemlich Demuht/nicht ist/da kan Gott kein Ge-
 fallen haben noch gnädig seyn. Hoc probat
 ex iudicio & sententia Christi de Pharisæo la-
 ta. Nun sellet Christus ein seltsam Urtheil /
 und spricht/der Zöllner sey gerecht/ und der Pha-
 riseer sey ungerecht. Wie kömmt das? dancket
 doch der Phariseer/betet/und lebet unsträfflich ic.
 Antwort: Das ist/das unser H E N N Gott
 nichts fragt nach allen Tugenden / auch nicht
 nach den allerhöchsten Tugenden/wenn Demuht
 nicht darben ist. Illustrat porro hoc per appli-
 cationem thesæos ad status singulos ipsorum-
 que defectus & damna inde promanantia. De
 Statu Civili Magistratus dicit: Also sind zu un-
 ser Zeit viel grosser/trefflicher Leute in streiten/ I-
 tem, es sind grosse Fürsten im Lande/die recht und
 wol regieren. H. G. regieret fein/andere desglei-
 chen haben löbliche Tugenden. Aber darneben
 sind sie stolze Esel ic. Dieser Abgott/ Vermessen-
 heit/ Stolz und Hoffart verderbet alle Tugend.
 De Statu Oeconomico: Also ist oft eine Haus-
 mütter geschickt ihr Haus und Gesind zu regie-
 ren/wird sie aber stolz / und rühmet sich davon /
 das sie wol Haushalten kan / und spricht/ jene /
 meine Nachbarin / thut nicht halb so viel / als
 ich / da verscheißt sie die schöne Tugend/ic. De
 Statu Ecclesiastico: Wer ein Doctor ist der H.
 Schrift/und hat Gaben von Gott die Schrifte
 auszulegen/ist er stolz / so ist die Ursach / das er
 Hoffart

Hoffart machen wil aus Gottes Gaben/ 2c. Das wil ich nicht von dir haben / spricht Christus / zu mir und dir / und zu einem jeglichen. Daß ich dich habe zum Doctor der H. Schrift und gelehrt gemacht / das sind meine Gaben. Du werest sonst eben so ungelehrt als jener / wiltu mit meinen Gaben stolz werden / so kan ich dir sie wol wieder nehmen/ 2c. Argumentum novum assumit ab exemplis, quibus testatum ab initio fecerit Deus, se ferre non posse superbiam. Was geschach im Paradeis? Lucifer war der schönste Engel Gottes 2c. Adam und Eva waren rein von Leib und Seele 2c. Probat etiam à testimonio Petri I, Petr. V. Illustrat ab origine donorum omnium de quibus superbire solent homines. Von Gott haben wir alles empfangen was wir haben / der kan einem andern eben so wol geben das / so Er mir gegeben hat. Auff Erden können wir nicht gleich seyn / da können wir nicht alle Herren seyn/ 2c. Aber für Gott sollen wir lernen solchen Unterscheid auffheben und sagen / Herr Gott / du bist / der du solche Unterscheid unter den Menschen auff Erden machst/ 2c. Concludit tandem : Darumb / so jemand Gaben hat / es sey Kunst / schöne Gestalt / gesunder Leib / Gewalt oder Herrschafft / der gedencke daß er demütig sey / und niemand verachte/ 2c.

§. 5. Et ad hanc Methodam sive Analyticam sive Syntheticam omnes Conciones debent referri. Equidem variis formis ac figuris Conciones

nes

nes à Præconibus Verbi involvi solent, prout magno numero à B. Forstero in *Methodo*, D. Hülsemann. *Methodo subnexa* p. 272. seqq. & à Gerhard. in *Præfat. Postillorum Germanic.* à Nicolao Caussino l. XV. pag. 960. 961. istæ commemorantur, & D. Schleupnerus ad quatuor genera Heroicam, Paraphrasticam, Articulatam & Thematicam contraxit, singulaque tam præceptis quam exemplis illustravit. Quia tamen in omni Coniunctione vel *resolvitur* Textus in Principia & argumenta sua, vel *Thema componitur* & per argumenta sive textui insita sive aliunde assumpta deducitur, præsertim in *dogmatibus textibus*, qui ad unum Locum Communem maximè suum respectum habent, ideò semper ad *Unam* ex hisce *duabus Methodis* accommodari & conformari omnes istæ *forme* ac *Methodi* debent.

§. 6. Distingvere solent aliqui *Methodum*, in eam quæ est *Artis*, & quæ *Arbitraria* ac *prudentiæ* dicitur: Et illam vocant, quæ secundum præcepta *Analytica* & *Synthetica* instituitur: hanc verò, quæ ab arbitrio Interpretis & proponentis pendet, ac variis coloribus Rhetoricis, terminis ac divisionibus exornatur. Sed utut ipsa *Methodus Arbitraria* sic dicta, non planè excludat *præcepta artis*; tamen non tentari illa debet, nisi ab *exercitatis Theologis*, qui eandem materiam sæpè tractarunt & perspectum habent, quid sit ex usu auditorii. *Tutissimum* omnium est simplici ac propriâ divisione tex-

tum emetiri & explicare. Nam (1.) sæpè *injuriam textui* inferunt, qui omnia ad *διχοτομίας* contrahenda putant, vel ad *τριχοτομίας* extendunt. Nec enim plures nec pauciores partes quærendæ sunt, quàm quot ab ipso Spiritu S. positæ, ut *Σύνθεσις* & *Ἀνάλυσις* exactissimè sibi respondeant instar horologii seu Automati resolvendi atque iterum componendi. (2.) *Vim* textui non rarò faciunt, qui omnia volunt resolvere per *ὁμοιοῦν* & *ὁμοιοπῶν* & terminos sive Germanicos sive Latinos. (3.) *Colores Rhetorici* multa incommoda habent: Vel enim verus sensus è meditullio textus non factis eruitur; Vel membra quædam violenter torquentur, vel *divisiones* cum *subdivisionibus* miserè confunduntur; vel ad *minutias* collationum pueriliter descenditur &c.

APHOR. XI.

Nosse etiam debet Ecclesiastes, quomodo *eloqui* conceptus suos debeat.

S. Brevissimis hoc notamus. *Stylus* sit (1.) *proprius* & *purus*, (2.) *simplex* & *non affectatus*, (3.) *gravis*, omnem *histrionicam* levitatem excludens, (4.) à *technicis* terminis purgatus (5.) *periodis brevibus* stipatus, (6.) *prudentiâ* mistus, ut noverit incrementum capere, esse gravem, sive *severum*, copiosum, ubi deceat. Unde subinde *savem* ornatum inducere debet ex

Tro-

Tropis ac Figuris, quæ imprimis sunt 1. Exclamatio, 2. Interrogatio, 3. Apostrophe, 4. Compellatio, 5. Obsecratio, 6. Adjuratio, 7. Optatio, 8. Admiratio, 9. Prosopopœia, 10. Communicatio. De quibus omnibus prolixè monuit Rebhan in Concionatore, toto c. XIII, p. 626. ad 683. Si exempla quis desiderat, is præ cæteris in Postillis Germanicis B. Balduini ea deprehendet, cujus Stylum purum, floridum ac gravem nunquam satis mirari possumus, & plurimum in Dicendi genere proficiet, qui singulis Dominicis in pietatis suæ Exercitio hisce Postillis post B. Lutheri Meletemata aliquid tribuerit.

MEMBR. II.

De

APPLICATIONE APPARATUS
AD CONCIONEM.

Uti certæ partes Orationis sunt ex Aristotelis informatione I, 3. Rhetor. Exordium scil. Narratio, Confirmatio & Peroratio, quarum duæ ad rem confirmandam seu fidem faciendam valent, duæ verò ad impellendos animos: Ita, etiam easdem assignare Sacræ Concioni omni jure possumus, paucis tantum explicatius positis, quæ alias sub illis cõprehenduntur, ut quinque Orationis Sacræ partes constituentur, Exordium, Propositio, Partitio, Confirmatio seu Tractatio & Epilogus. Quomodo verò Apparatus, de quo Membr. præced. monitum fuit,

applicari ad eas debeat, paucis nunc cogitan-
dum erit.

APHORISMUS I.

Exordium Concionis Argumento
& scopo textus sit conveniens, sum-
moque studio in id enitendum est,
ne loco *attentionis* & *benevolentiae*
excitetur *odium*.

§. 1. Nimirum finis Exordiorum semper ob-
oculos habendus est, qui eò tendere debet, ut
ad tractationem *Thematis viam* sternat, & *animum*
auditoris attentum ac benevolum faciat.

§. 2. *Duplici* autem modo hic finis obtineri
potest. Si (1.) *disconvenientia* & aberratio longa
à scopo textus devitetur & (2.) *brevitas* venusta
adhibeatur.

§. 3. *Omnis Disconvenientia* vitanda hic est,
quò statim apparere incipiat, quid in concione
sit expectandum ac sperandum. Et quamvis
non ab ipsa re statim exordiendum sit, tamen ab
eo, quod eam circumstat, & cognationem cum ipso
argumento habet, capessendum semper initiū
est. Quà ratione disconvenientia ista sit vitan-
da, & econtrà justa appropriatio instituenda,
ostendit prolixè *Dn. Hülfem. p. 67. seqq.* ubi ex-
ponit *fontes Exordiorum*.

§. 4. Imprimis verò in Exordiis *Spavitatem*
& *Convenientiam* suam habent: I. *Laus* & *Com-*
men-

mendatio Textûs, quem explicamus. 2. *Circumstantia* *Temporis* & *Loci*, quando & ubi dicere volumus. 3. *Generales sententia* sive in *factis*, sive in *promissis*, sive in *mandatis*, sive in *comminationibus* &c. ita ut per descensum à *thesi* ad *hypothesin*, à *Genere* ad *Speciem*, à *vaticinio* & *promissione* ad ejus *impletionem* ac *eventum* &c. ad *argumentum* textûs deveniatur. 4. Si *Methodus Analytica* prædominatur in *Concione*, optimè possunt à *coherentia* textûs, ἀνακεφαλαίωσιν præced. *Concionis*, à *textu parallelo* duci *Exordia* &c. Si *Synthetica* præponderat, non invenustè *paraphrastica narratio* textûs, loco *exordii* ponitur. *Hyperius cap. IX. p. 41. seqq.* ex *Chrysofomo* & *Basilio* exempla adducit.

§. 5. *Prolixitas* studiosè cavenda est. Neque enim cum *Scopo* *Exordiorum* ullo modo ista stare potest, & *monstruosum Corpus* est, cujus *Caput* nimis longum & latum est. Monet *Dn. Hülsin. p. 66.* trium, quatuor, & ad summum quinque periodorum ambitu *Exordia* debere concludi.

§. 6. *Omnia heterogenea* in *Exordio* devitentur, quò omninò æqualis sit ejusdem *curfus*. In *generalibus* *sententiis* sufficiet, si pauculum istæ *explicatae* & *amplificatae* fuerint per *textum* aliquem *Scripturæ* aut *Similitudinem* quandam vel istud *argumentum*, quod convenientissimum est *Propositioni*, ad quam *sensim* *Transitio* fieri debet.

§. 7. De *mutabili* autem *Exordio* ita ad dif-

B 5,

ferens

ferentiam Exordii fixi seu Introitus Communis appellato, hæc omnia intelligenda sunt, quod scilicet pars concionis est, & post introitum factum, preces ac lectionem textus explicandi sequitur, proque generum dicendi varietate, etiam variari solet. Introitus autem communis, ubi semel invaluit, mutari facile non debet, nec in imitationem à quovis trahi, quod unus ac alter gravis Vir in more suo habet. Videmus quantum operè nonnulli hic hallucinentur, & quam imprudenter introitum cum Exordiis, Studiosi præsertim & qui in exercitiis Concionatoriis quandoque occupati sunt, confundere soleant ac duo sæpè non sine summo auditorii tædio exordia facere. Præstat igitur Introitum communem retinere, aut paucis mutatis saltem ita eum instruere, ut in partem Concionis ille evadat, & fastidium pro benevolentia auditori excitetur.

APHOR. II.

In Propositione Scopus ac argumentum tam textus, quam dicendorum ex textu, manifestè apparere debet absque omnibus involucris.

S. I. *Propositio in Methodo Analytica non aliud est, quam Argumentum textus brevibus & perspicuis verbis significatum & indicatum, v. g. Textus in festo Nativ. agit de Nativitate Christi,*

sti, cujus historia per partes suas ibi explicatur. In *Methodo* verò *Synthetica* est *Locus Communis*, ad quem totus textus totâ suâ circumferentiâ suam respectum habet, v. g. Si quis in pericopa *Dominica hesternâ* XI. Trinit. occupatus, quæ de Phariseo & Publicano agit, *Methodum Syntheticâ* sequi vellet, eum oporteret loco Propositionis ponere *Veram Pœnitentiæ* seriæ ac justæ descriptionem & ad eam postea totum referre textum.

§. 2. Consideratè dicitur in *Synthetica Methodo* loco propositionis stare *Locum Communem*. Aliud enim est *Locus Communis*: aliud ejus *Uusus* vel *Praxis*, uti *Aphor. VI. §. 3.* infra notabitur. De *Loco Communi* quodam v. g. de hoc Vitio, de hac Virtute, de hoc articulo fidei &c. proponere potest orator Ecclesiasticus, & *propositionem Concionis* inde facere, ne utiqvam verò de *Uusu & Praxi* ejusdem, quomodo sc. vitium fugere, virtutem sectari, hunc articulum tractare auditor debeat; nisi imprudenter *propositionem* ipsam cum ejusdem *applicatione* confundere velit. Et huc tendunt omnes illi, qui veant proponere *Locos Communes*. Semper enim hic distingvendum est, inter *Locum Communem* & inter ejus *applicationem*.

§. 3. Debet autem *Propositio* manifestè, determinatè, nudè, breviter ac perspicuè poni, ne incertus aut suspensus maneat auditor ac ambiguus, nesciens, quid expectare debeat.

§. 4. Ne

§. 4. Nec sine causâ dubitari potest, an in *Concionibus ritè proponant*, qui dicunt, se de *textu* esse dicturos, *istum explicaturos*, quid *doctrinæ ac informationis* ad fidem & vitam inde fluat, mōstraturos; Item se ostendere velle prælecti *Textus 1. Sensum, 2. Usum*. Tantùm abesse videtur, ut hi proponant, aut propositionem forment, ut potius eam *occultent* & ejusdem tractandæ modum ac rationem tantùm commemorent. Benè monet *Hülsem. p. 97.* non posse absque dilucida & expressa argumenti & thematis notatione fieri rectam Propositionem, in qua unicè cavendum, ne sit vel latior vel angustior textu.

APHOR. III.

Partitio Propositionis uti necessaria est in *Thematibus Compositis*, ita non inconcinnè *ipsi Propositioni* statim & immediatè subjicitur.

§. 1. Per *Partitionem* intelligimus non *divisionem* illam in partes *mediatas*, quæ *secunda* dicitur, & partes omnes *Textus* ritè inter se ordinat: sed *primam*, quæ *Propositionem* in *immediatas* suas partes distribuit, (1.) in *Methodo Analytica*, ubi vel in *textu* ipsa membra aperte discreta sunt, vel *judicio industriavè Resolventis* discernuntur; (2.) in *Methodo Synthetica*, ubi *Locus Communis* certus *Propositionis* loco ponitur, & *juxta vestigia textus*, in sua membra ac
argu-

argumenta dividitur, v. g. Si quis in hesternâ Pericopa Dominicali, *Analyticam* sectari vellet *Methodum*, eum oporteret Propositionem partiri in *Parabole* dogmaticæ à Christo institutæ 1. enarrationem & 2. enarratæ *applicationem*. Qui verò *Methodum Syntheticam* eligeret & sibi proponeret *justam rectamq;* Pœnitentiæ rationem ac modum, ex Evangelica Pericopa ostendere, is ita partiri propositionē hanc deberet, ut divideret eam in *argumenta* ista, quæ in textu manifestò apparent, quæ sunt: (1.) Pœnitentiæ *subjectum*, quod omnes homines sunt, etiam si sanctissimi sibi videantur. (2.) *Actus* qui describitur in antithesi & thesi priori modo sub gestibus Pharisei ostenditur: posteriori modo humilitate Publicani seriò dolentis & ad gratiam DEI confugientis, significatur. (3.) *Effectus*, qui est primò justificatio, deinde Novæ obedientiæ Studium.

§. 2. Et hæc *sola Partitio* manifestè nominanda ac notanda est, *altera* verò illa, quæ *secundæ* dicitur tantum abest, ut simul hic ponenda sit, ut potius in toto Concionis cursu celari debeat, & non nisi in mente Concionatoris asservanda, ut etiam hic aliquem locum inveniat. istud à Rhetoribus frequentatum: *Artis est celare artem*.

§. 3. In *Partitione* verò (1.) ita membra ordinari debent, ut semper *prius* sternat viam *posteriori*, & insuper cautè provideri, ne illa multiplicentur.

plicentur. Siq; contingat, ut partes immedia-
tæ textus plures sint ac variæ, quod in *longiori-
bus* Pericopis usu venire solet, prudenter dispi-
ciendum est, an sub *paucioribg* membris, possint
comprehendi, uti monuit *Hyperius cap. X. p. 49.*
& exemplis ex *Chrystomo* ac *Nazianzeno* illu-
stravit. (2.) textus ratio haberi debet & non
plures partes poni quàm in textu fuerint. (3.)
perspicuis verbis partes proponantur, ut non
Concionatoris modò sed etiam auditorum
memoriæ inservire possit.

§. 4. Sunt, qui planè tacent in *Propositione*
hanc *Partitionem*, & vel cum repetita propo-
sitione sub ipsius *Tractationis* initium demum me-
morant; vel non nisi in *singularum* partium *Trac-
tatione* partialiter eam ponunt. Verùm *Dn.*
D. Hülfemannus rectè monet p. 99. *Partitionem*
esse *tertiam* *Concionis* partem *propositioni* conti-
guam. Nimirùm ita auditor noverit & intel-
liget distinctiùs, quid expectandum sibi sit de
Propositione facta, & quodnam istud sit, ad quod
in specie omnia audienda referre debeat.

§. 5. Monet *loc. all. D. Hülfsm.* partes in textu *co-
gnatas* & *disparatas* cautè esse discernendas. Usu
suo venire hoc solet in illis *Pericopis* *Dominicis*,
ubi historiæ diversæ sunt, v. g. *Dominica* post *Na-
tivitatem Christi*, *Dominica* III. *Epiphan.* *Dominic.*
Quingages. *Domin.* XIII. *Trinit.* *Dom.* XXIV. *Tri-
nit.* item in illis *textibus*, qui *generales sententias*
multas & *plures* habent, ut *Dom.* IV. *Trinitatis*,
item

item in *textibus* ex *Proverbiis Salomonis & Siracii de sumtis*. Et præprimis hoc observari debet in illis *Concionibus*, ubi *Analytica Methodus* prædominatur. Si tamen ad *Syntheticam Methodum* quis inflectere vult *Concionem* & doctrinam certam, ac *Locum Communem* per totum se diffundentem tractare, non inconvenienter etiam *partes disparatas* in *Partitione Propositionis* ad *unam propositionem*, & ad *unam generalem sententiam* quandam referet. V. g. *Dominica Quinquagesima Pericopa* duas disparatas partes habet, quarum una est *Concio Christi* quam de passione suâ imminente ad discipulos habuit; Altera verò *Beneficium Christi* cæco præstitum; Sed tamen juxta *Methodum Syntheticam* ad *Unam propositionem* v. g. ad *Thema simplex Passionem* scil. *Jesu Christi*, optimè reduci potest & ostendi, esse eam 1. *Voluntariam*, quia à Christo prædicitur. 2. *Diu desideratam*, quia omnia implebuntur. 3. *Verè divinam & humanam*, quia *Filii hominis* passio. 4. *Dolorosam & Laboriosam*, quia tunc *Christus* crucifigetur. 5. *Victoriosam*, quia *Resurget*. 6. *Miraculosam*, quia *discipuli* non intelligunt. 7. *Fructuosam*, quia *Cæco* misericordiam divinam impetrat. 8. *Gloriosam*, *Cæcus* laudabat *DEUM* & *populus* prædica-
bat. Vel si per terminos *Dialecticos* partiri quis vellet *propositionem*, is monstret: (1.) *quis* passus fuerit? (2.) *Ubi*? (3.) *quomodo*? *Voluntariè*, *cruentè*, *Victoriosè*, (4.) *Cur*?
Ut

Ut misericordiam miseris impetraret & gloria
am DEO recuperaret.

§. 6. De terminis homæoteleutis & homæopto-
zis disputari cœptum fuit, an in Propositione
ejusq; Partitione adhiberi possint. Et variant
hîc sententiæ Sacrorum Rhetorum. Sunt qui
ipsas partes analyticas iisdem terminationibus
exprimunt modo §. I. jam notato. Sunt alii, qui
in defectu terminorum, *Epirheta* ὁμοιόπρωτα καὶ
ὁμοιότελα partibus mediatis optimè conve-
nientia, ex tota compage textus seligunt; v. g.
de pœnitentiæ ex hesternâ pericopa Dominica-
li disserturus partes propositionis exornare
poterit ab attributis in textu singulis partibus,
convenientibus, ut nominet universalitatem:
Subiecti Actus qvalitatē: Effectus dignitatem.
Pauca *Aphor.* I. de his supra diximus, & legi pos-
sunt iudicia *Hutteri, Balduini, Theologica Facult.
Rostochiensis* apud *Dedekenn. Vol. I. part. III. Con-
sil. f. 1576. seqq.* iterum *Balduin. in præf. ad Lecto-
rem* Ἐπιμνηστικ. *Evangelicorum.*

APHOR. IV.

Tractatio Propositionis secundum
partes commemoratas ordine insti-
tuiti debet, nihilq; aliud est quàm ar-
gumentum propositi iusta enarratio, quæ
tribus absolvitur (1.) *explicatione,*
(2.) *Ap-*

(2.) *Applicatione* & (3.) *Utriusq; decen-
ti commistione.*

§. 1. Sicut nunquam *explicari* textus absq; *applicatione* debet: ita nec *applicatio* sine *explicatione* esse potest, ut ambæ arctissimo nexu hîc conjunctæ sint. Hoc *Lutherus* in *Tischreden* c. von *Predigern* und *Kirchendienern* / fol. 194. bene monuit: Ein *Prediger* soll ein *Dialecticus* und *Rhetor* seyn. Wenn er von einem Dinge oder *Artickel* lehren wil / soll er *Erstlich* unterscheiden/was es eigentlich heisse: *Zum Andern* / definire/beschreiben mit anzeigen/was es ist: *Zum Dritten* / soll er die *Sprüche* aus der *Schrift* darzuführen / und damit beweisen und stärken: *Zum Vierten* / mit *Exempeln* austreichen und erklären: *Zum Fünfften* / mit *Gleichnissen* schmücken: *Zuletzt* / die *Saulen* vermahren und munter machen / die *Ungehorsamen* / falsche *Lehrer* und ihre *Striffter* mit *Ernst* straffen / Also doch daß man sehe / daß es aus keinem *Widerwillen* / *Haß* oder *Neid* geschehen / sondern allein *Gottes* *Ehre* und der *Leute* *Nutz* und *Heil* suche.

§. 2. Interdum ad *Tractationem* statim & *immediatè* fit *transitus*: Interdum *sententia*, quædam sive *generalis*, *acuta* ac *Gnome*, sive *parallela*, quæ & *Propositionem* & *omnia* ejus *membra* continet, præmittitur: Interdum, quædam *generalia* prius commemorari solent,

G

quæ

quæ vel ad intellectum textus faciunt, vel scrupulum primâ fronte se offerentem eximunt. Interdum τὸ ὅτι rei dicendæ non inconcinne præponitur & exponitur. In quibus omnibus tamen prudenter se gerere, nec multum occupari debet *Ecclesiastes*, ne novum Exordium conficere velle videatur.

APHOR. V.

Explicatio argumenti ejusq; singularum partium constat 1. *Analytica Ordinatione.* 2. *Grammatica phrasum explicatione,* 3. *Textus Conciliatione.*

§. 1. Singulis partibus certa textus pars ac portio attribuenda est, & omnium primò sive in Historicis, sive in Dogmaticis ac sententiosis Textibus ita ordinanda, ut ostendatur quis *scopus* sit, quæ *ocasio*, quæ *Circumstantiæ* Temporis, Loci &c. quod *Subjectum*, quod *predicatum*, quæ *vis Consequentia ac Combinationis.* Quæ omnia beneficio *Logica* & imprimis *doctrinae Analyticae* in Apparatu collecta, huc transferri debent.

§. 2. Deinde ad ipsam *phraseologiam* descendatur & monstretur (1.) quod *Genus loquendi* adhibere placuerit Spiritui Sancto. (2.) quæ sit *Emphasis vocis ac phraseos* tum in *Subjecto*, tum in *Predicato*, (3.) quis ejusdem *significatus*, ubi æquivocatio vocis ac phraseos removeri, & per

per certam determinationem ostendi debet, quid vox ac phrasis hæc vel significet vel non significet. (4.) Ubi *varietas interpretationum* occurrit, non longâ earum serie ac enarratione auditoris animus onerari debet, aut ambiguus relinqui, sed *una seligit tantum & ex scopo, antecedent. & conseqq. textus* probari, ac tum *similibus locutionibus & phrasibus*, tum *similitudinibus* convenientibus illustrari.

§. 3. Tandem ne dubius auditoris animus maneat, si quæ *difficultas* hîc residet, vel ex *textus obscuritate*, vel ex *intellectus humani infirmitate*, vel ex *fraude ac dolo hominum* textum pervertentium & ad sui cerebri placita torquentium, distinctâ responsione illa tollenda ac superanda est, venusteque ostendi debet, non esse causam ob quam abripi se pati debeat mens pia à simplici textûs intelligentia & interpretatione. Hâc vel illâ ratione esse cum hoc vel dubio conciliandum textum, ita esse enatandum ex difficultate hac, esse injuriam & vim, quæ textui fuerit illata &c. Omnium optimè autem per *Occupationem* hæc expediri possunt, uti ostendit pag. 125. Dn. D. Hülsman.

§. 4. In hac Explicatione textus non omnes æqualiter procedunt sed multum variare solent. Omnium tamen convenientissimum est, si (1.) quod vulgò in *Rhetorum schola* dicitur, ipsa ars celetur, ne terminis *Logicis*, vocabulis *Latinis, Ebraeis, Græcis, Chaldeis* turbetur animus

auditoris: & (2.) iustâ *paraphrasi* omnia hæc ita velentur ac temperentur, ut ex *una quidem parte* salvum maneat *subsidius*, quod ex terminis hisce tum in sensus apprehensione tum in memoria asservatione Ecclesiastes accipit, sed tamen ex parte alterâ pia *simplicitas* ac *devotio* auditoris non turbetur. Multum afficit si instar torrentis æqualiter omnia fluant & sine impedimento in auditoris mentem sese insinuent. Præstitit id B. Baldinus in *Postillis super Evangelia Dominicalia*, ubi iustæ *paraphraseos* exempla in singulis Pericopis videre licet.

§. 5. Per *paraphrasin* autem non intelligimus *grammaticam* aliquam *metaphrasin* seu nudam textus per alia verba redditionem, aut textus *resolutionem dialecticam* sive ad terminos Logicos reductionem: aut *troporum & Schematum* rhetoricorum *explicationem*: aut *summariam* textus *redditionem* ac *partitionem*: sed textus *interpretationem* & *applicationem*, quâ eodem Spiritu quo inspiratus est textus, intelligitur, perquiritur, explicatur & applicatur, non piarum precum tantum, sed etiam solertissimæ omnium circumstantiarum indagacionis & multarum tentationum ac experientia intervenitu. Hujus *paraphraseos* egregium specimen dedit Erasmus in *Paraphrasi N. Test.* de qua D. Jacobus Andrea in *Methodo Concion.* p. 27. ita censuit: *In hoc genere (paraphrastico) admirandus est Erasmus Roterodamus, qui in paraphrasibus suis non modo*

modò Spir. S. mentem & sententiam plerisq; in locis
 perspicuè reddidit, sed Patrum quoq; Interpretatio-
 nes, tantà diligentia, tantaq; dexteritate miscuit,
 atq; Uno Orationis contextu reddidit, ut in hoc ge-
 nere nihil perfectius extare arbitrer. Non modò
 igitur digna est lectione, sed meo iudicio Conciona-
 toribus valdè utilis & c.

§. 6. Duo autem sunt, quæ in Paraphrasi hâc
 devitari debent præ cæteris. Unum est Obscu-
 ritas, Alterum verò Prolixitas. Nimirum quia
 ad ædificationem cedere debet omne quod ad
 populum dicitur, etiam populariter id dici ne-
 cesse est, quò à rudissimis quibusvis intelli-
 gveat, & noverint singuli, ad quid singula au-
 dita conducant. Undè & egregium artificium
 præstant isti Ecclesiastæ, qui in textus explicatio-
 ne semina quasi spargunt eorum Locorum & Do-
 gmatum, quæ applicare postea volunt textui.

§. 7. Et hæc explicandi ratio obtinet non
 tantum, quando juxta Analyticam Methodum
 textus explicari debet, sed etiam si in Synthesi
 occupatus est Concionatoris labor. Semper
 enim ad textum respici debet, ut & Ecclesiastes
 & Auditor perpetuò in mente ac corde habe-
 ant, quò referre doctrinam propositam possint.
 Ille quidem ad dicendum, Hic verò ad audiendum.
 Quicquid de eo sit, quòd in Analytica Methodo
 plus impendi oporteat textus Explicationi ac
 vindicationi, quàm in Synthetica, ubi sufficit
 per testimonia, exempla ac similitudines textum
 declarasse.

§. 8. Porro huc referenda sunt, quæ supra Aphor. V. & VI. Membr. I. de argumentis annotata fuerunt, tam Explicantibus & Probantibus, quàm Amplificantibus. Semper enim in promptu esse debent, quibus, quæ dicta sunt, amplificentur & illustrentur per dicta, per *similia*, per *Exempla*, item per *alia* argumenta.

APHOR. VI.

Applicatio textus tam in Analytica Methodo quàm in Synthetica, non aliud est, quàm eductio Consectariorum, eorumdemq; tractatio.

§. 1. Uti omnis Scriptura in hunc finem data est *Roman. XV, 4. 2. Tim. III, 16.* Ita etiam omnis ejusdem explicatio eò vergere debet.

§. 2. Non verò in textum inferri, sed *ex eo nasci* debent *Consectaria ista*, ac non nisi ea seligi, quæ vel per se vel per bonam *Consequentiam* inde fluunt, ut abstinendum planè sit ab illis, quæ *aliena à scopo textus* sunt. Wer da wil mit Nutz und Frucht lehren und trösten/ monuit *Lutherus in Coll. Conviv. fol. 184.* Der soll auff die *Hauptsache* sehen/ davon er fürnemlich sagen wil/ Als wer predigen wil vom Evangelio von den *fünff Broten*/ so am Sontage Lætare zu *Mitfasten* gelesen wird/ da stehet einer/ der mittelmäßig gelehret ist/ auff einkeln *Stücken*/ schilt hefftig den *Geitz*/ und handelt *Sprüche* / die nicht fürnem-

nemlich dahin gehören. Der aber auff die Hauptsache ſihet und Achtung hat / der ſagt : Suchet am erſten Gottes Reich. Item: Gottſeligkeit iſt zu allen Dingen nütze / für die ſorget Gott / und gibt ihnen Nahrung / ꝛ. Wer auff den Zweck ſihet / wie Gott für die ſeinen ſorget / und ſich ihrer annimt / ſchützet und vertheidiget ſie / derſelbige kan das Wunderwerck und Mirackel am beſten und nützlichſten handeln.

S. 3. *Insuper & Conſectaria præponderare Explicationi debent, & ſelectus, pro ratione temporis, loci & auditorum adhiberi. In Chryſoſtomæ Homiliis videre licet, quomodo vel plane ab abſtruſis & ſubtilibus quæſtionibus abſtineat, vel ſi quid de hujusmodi dicendum, quàm commodiſſimè ad populi captum id faciat, ſeq; ſolum in moralem ſenſum fermè ingerat.*

S. 4. Et quia in Applicatione hac *Syntheſis* occupatur omnium maximè, de ejusmodi *argumentis* cogitandum erit, quæ in textu habentur, quæ etiam præprimis urgeri & amplificari debent. Non enim de *Loco Communi* aut *Conſectario* hinc dicendum eſt, quod dici poteſt, ſed ad quod & *argumenta* & *occaſionem* textus præſens ſuppeditat, unde & non tam *multitudinis* argumentorum, quàm *ponderis* ratio haberi debet, & ſufficit unum alterumvè adduxiſſe, idq;ve per *dicta, exempla & ſimilia* illuſtrâſſe.

Digna & lectu & observatione sunt, quæ hîc notavit *Hyperius cap. XII. p. 73.* & exemplis ex *Chrystomo* declaravit.

§. 5. Non verò sufficit hîc *Applicatio textûs ad thema* sive *dogmaticum* sive *morale* in *Concionibus*, sed & insuper ad *Loci ostensi Praxin ac Usus* descendi debet. Aliud enim est *Loci Communis ex textu deductio*, aliud *Ufus Loci educti, praxeosq; ostensio*. Sicut aliud est parare pharmacum, aliud ostendere, quomodo istud usurpari debeat. Postquam igitur *Locus moralis* eductus est & declaratus, statim ad *Usum & Praxin* eum oportet accommodari & ostendi, quomodo sana doctrina nostra inde confirmari, heterodoxa refutari, infirmi & afflicti erigi, vita hominû vel institui vel corrigi debeat. In *Analyfi Dominicalium Evangeliorum D. Dietericus* diligenter hoc monstravit, ubi *Studiofa Juvenus* Observationis hujus exempla videre & legere potest.

§. 6. In *Doctrina Confirmatione* perutile est ad *Catechesin* vel *Confessiones nostræ Ecclesiæ v. G. August. Confess. Artic. Schmalcald. Formular. Concordiæ* remittere *Locum Communem* & ostendere, quomodo in textu *Articulus & dogma* hoc, vel *fundamentum* ibi explicatum sit, nec nova *argumenta* probantia longè arcessenda, sed sufficit, si à *necessitate, utilitate, æquitate* dogma in textu *fundatum & explicatum* amplificetur, quæ *argumenta vehiculum* quasi sunt, quò in mentem auditoris dogma insinuatur.

§. 7. Hinc

§. 7. Hinc ad Confutationem oppositi dogmatis descenditur, quæ tamen pro *suggestu moderata* & *circumspecta* esse debet, præsertim ubi *vel hereses non innotuerunt, vel nihil inde periculi sit*. Satis ergo erit, per argumentum *amplificatorium* ab *Oppositione* sumrum nominare hæresin saltem ac ceu heterodoxum quid & veræ doctrinæ oppositum removere, & quomodo *Catechismo* nostro contraveniat, ostendere. Vid. *Rebhan. in toto c. XI. Concionatoris p. 565. ad 599.*

§. 8. *Afflictorum* ratio in accommodatione *Loci* moralis omninò habenda est. *Circumspectè* autem etiam & hinc progrediendum est ac cautè attendendum, quæ mala præ cæteris premant auditores. Vid. *Rebb. in Concionatore p. 539. seqq. ad 551.* Ubi autem huic inservire possunt *D. Gerhard. & D. Gedicus* in libellis, sub titulis: *Guldē Kleinod editis, & Alardus in Seelen Apotec/ro.*

§. 9. In *παιδεία* seu *morum Institutione* nunquam errari potest, si modò quid *conveniat auditorio*, attendatur. Impertinenter enim faceret, qui instituere vellet *moros Imperatorem, Electores, Nobiles* condecetes, multumq; de illis differere in cætu, qui non nisi *inferioris ordinis hominibus* repletus esset.

§. 10. *Correctio* præ cæteris meretur *prudentiam*, ne ad interitum auditorum, sed in ipsorum ædificationem cedat. Unde cautè hinc progrediendum, tum circa *Objectum* corrigendum, tum circa *modum correctionis*. Ipsum

Objectum corrigendum ita veletur ac circum-
 scribatur, ne scandalum præbeat in Ecclesia
 & offendantur aures præsertim juniorum. A
modo Correctionis omnis asperitas, furor, ac levi-
 tas exulet, econtrà ita sit ista temperata, ut in-
 telligant omnes non nisi zelo salutis suæ ita se
 objurgari, id quod fieri omnium optimè puta-
 tur, si (1.) per modum querelæ correctiones insti-
 tuantur, (2.) ad ipsos delinquentes velut Judi-
 ces provocetur, & (3.) Scriptura ipsa vitiis quasi
 indignans adducatur. Non tamen in genere
vitiorum hærendum semper est, sed quandoque
 etiam ad ipsos Ordines ac Status vitæ humanæ
 descendi debet in specie. Quanta enim infir-
 mitas est hominum calamitatibus oppresso-
 rum, ut non facile sibi dicta esse putent, quæ
 ex Scripturæ penâ afflictis propinantur ani-
 mis: tanta etiam pervicacia malignorum est, ut
 nolint ad se applicare, quæ huic vel illi vitio
 eradicando inservire possunt, ut omninò ad
 speciem horum vel istorum vitiorum quando-
 que descendere oporteat Concionatorem. Ad
 speciem inquam vitiorum, non ad personas seu
 Individua, nisi post frustrâ adhibitos gradus
 præcedentium admonitionum, de quo in Con-
 stit. Ecclesiastica nostra provisum est. Præcæte-
 ris plura de Elenchico officio annotarunt Reb-
 han. in Concionat. c. X. p. 438. ad 539. Kesler. im
 Theologischen Bericht von Buspredigten: Sau-
 bertus im Zuchtbüchlein: Hunnius in l. cujus ti-
 tulus:

tulus: Ministerii Ecclesiastici zu Lübeck bedenk-
 en auff drey Fragen/das Straff-Ampt betref-
 fend: *Pharetratus* in 1. sub titulo: Zelotes Pa-
 stor. Qvi cum fructu legi possunt.

§. II. In hac Applicatione Loci Communis
 ad usum, præprimis *Textus verba premissa*
 sunt, ut non hominem sed Deum ipsum ad se
 loqui, auditores intelligant.

A P H O R. VII.

In modo miscendi & contemperan-
 di tum *Explicationem* textus, tum
 ejus *Applicationem*, nihil certi deter-
 minari potest, sed uniuscujusq; judi-
 cio id committendum est.

§. I. In *Patribus* videre licet, quàm artifi-
 ciosè *Explicationi* & *Amplificationi* textus *Doctri-
 nas* immiserint, quos imitantur omnes illi, qui
 non modò *Analysin* & *Synthesin* in una *Concio-
 ne* conjungunt, sed etiam ita commiscent, ut
 sub perpetuæ *Analyseos* specie efficacissima
 fiat applicatio, quâ ratione *integra historia*, *inte-
 grum Caput Biblicum* unâ *Concione* explicari
 potest.

§. 2. Sunt qui *singulis* partibus per *Analysin*
 explicatis subjungunt brevem *applicationem*
 per *Confectaria Dogmatica* & *Practica* seu *Mo-
 ralia*. Ita primùm *Wittebergenses Theologos*
 consuevisse miscere *Explicationem* & *Appli-
 catio-*

cationem notat *Schleupner*, in l. 2. p. 31. & eam methodum *Paraphrasticam* appellat. Alii eam vocant *Methodum Hunnianam*, quia *B. Hunnius Senior* omnes suas *Conciones* ad hunc morem attemperaverit.

§. 3. Alii *Synthesin* ita sectantur, ut in certo *Loco Communi* ex textus argumento selecto, toti occupentur, & parum in *Analyse* textus defudent, omniaq; *Syntheseos* argumenta late persequantur, quod *Balduinus* in *Postillis* suis in *Concionibus paraphrasi subjunctis* facere solet. A nonnullis dicitur *Methodus Pancratiana à Pancratio Superintendente Curiensi*.

§. 4. Non pauci sunt, qui *analysin* textus persequuntur totiq; in ea defudent, postea unam vel plures *doctrinas* *Tempori*, *Loco*, *Statui* ac *conditioni auditorum* convenientes concinnant, & ita ad *Synthesin* transeunt. Quæ mistio *Methodus articulata* vocatur, ubi *Propositione* ejusq; *partitione* ex textu facta ad ejusdem *analysin* transitur, & singulis partibus *moralia* subnectuntur.

§. 5. Nihil hinc determinari potest, sed cuilibet, qui *judicio* pollet, *libertas sua* relinquitur, modo à *textus scopo* & *argumento* non aberretur, sed diligenter attendatur, quæ *doctrina* ex ipsa *Propositione* ejusq; *parte*, *immediate* sequatur, quæ itidem ex ejusdem *argumento* fluat, ut *secundaria* à *principalioribus*, & *potiora* à *minoribus* rite segregentur & separentur. Insuper & *venuste* ac *concinne* tum cum *explicatione* textus tum in-
vicem

vicem quoque connectantur, neque affectuum concitatio debita negligatur, de quibus *Aphor. IX. Membr. I.* notavimus.

APHOR. VIII.

Exitus Concionis ritè rectèq; sit comparatus.

§. 1. Ubi præprimis justa termini ratio haberi debet, ne justò longius protrahatur, de quo ex *Luthero & Const. Ecclesiastica* monuit *Rebhan.* in *Concionatore c. XII. p. 602.* In hanc rem compositi sunt *versiculi* sequentes, qui leguntur sub finem *Disp. VI. Præcognitor. Theolog. B. Meisneri:*

Deine Predigt schleich kurz/rund und gut/

Lang Predigt hört man mit Unmuth.

Ists eine Kunst wol predigen können?

So ist auch eine das Ende finden.

Wer den Schlüssel nicht finden kan /

Der macht verdrossen jederman.


§. 2. Nonnulli in more habent, ut vel ex *abrupto* concludant Conciones, vel *voto* saltem absolvant Conciones. Sed consultius est & gravitati Oratoris Ecclesiastici convenientius, si *Epilogo ac Peroratione* concludatur.

§. 3. Quomodo *Epilogus* institui debeat, monuit *Hülsmann. p. 128.* *Brevis* is esse debet & *acutus*, ut & memoriâ auditorum comprehendi facillè possit, & stimulum etiam in pectoribus auditorum relinquat.

Et hic finis est *Aphorismorum* nostrorum

Hodie.

Hodegeticorum. Breves quidem illi sunt, sed ad institutum nostrum sufficiunt. Nec dubium est, quin & hi lapilli in extructione amplissimi Ecclesiae aedificii suum locum sint habituri, si manus sedula & industria ad Exercitium accesserit. Dabit autem in hisce nobis Deus vires ac intellectum, cujus honori & gloriae omnia nostra sunt consecrata, Amen.



EXEMPLUM PRAXEOS AC USUS APHORISMORUM,

ex

GENES. III, 15.

MEMBR. I.

De

APPARATU.

I,

Post lectionem & relectionem textus hujus, propriarumq; virium experimentum, ex recentioribus *Interpretibus* legi possunt de hoc textu *Cramer.* in *Scholæ Propheticae Class. I. Vaticinio primo.* *Waltherus* in *Officina Biblica* pag. 582. seqq. in *Quadragesima Miscellaneorum Theologicorum.* à pag. 1. ad p. 186. *Glassius* *Disp.* 2. 3. & 4. *Christologiae Mosaicae* &c.

II. Quia textus hic *promissionem* in se continet, ideo ad *Didascalicum genus* pertinet, cui tamen *Consolatorium* admistum est. Est autem

pro

pro Evangelium in quo remedium contra peccatum à Serpente diabolico introductum revelatur & fœdus gratiæ instituitur primo omnium, postquam primi homines per legis vocem contriti & perterriti fuerant. Conferatur glossa Lutheri in Bibl. germanicis. Hoc ergo est argumentum textus, cujus scopus (1.) ex parte Messie, spondere ac promittere: (2.) quoad Satanam, comminari & destructionem regni à se inchoati significare: (3.) ad genus humanum pertinet, consolari ac erigere.

III. Explicatio ejus consistit in Analytica textus resolutione, Grammatica phrasium expositione & Difficultatum quarumcunq; Solutione.

IV. In Analytica resolutione ad tria attendi debet. I. quis ille sit qui hic agat & loquatur: 2. cum quibus negotium illi sit: ac 3. quid agat & faciat. I. Is qui agit & loquitur est Filius DEI. Probat (1.) ex argumento. Sicuti enim non nisi infinita sapientia ab æterno Consilium de salute lapsi generis humani invenire, Et non nisi infinita potentia exequi id potuit: ita etiam non nisi æterna ac infinita sapientia Consilium ac summum hoc mysterium potuit orbi revelare. (2.) ex attestatione N. T. Job. I, 18. Matth. XI, 27. (3.) ex Chaldaeo paraphraste, qui dicit, Verbum Domini in horto deambulasse. II. Illi cum quibus agit & ad quos loquitur sunt Serpens cum semine suo & genus humanum. Per Serpentem intelligitur non naturalis serpens ad quem

quem *vers. preced. 14.* spectat, sed *personatus ille,*
Satanas scilicet. Hic uti ex organi poena v. præc.
 notata colligere poterat, se non impune laturum
 seductionem, ita nunc ipse advocatur in
 iudicium. Non solus autem est sed etiam se-
 men eius nominatur. Ubi communiter per
 hoc semen ipsi etiam diaboli intelligi solent,
 sed rectius *homines præfracti & salutis propriae suae*
negligentes, reconciliationemq; acquisitam repro-
bantes, omnibusq; viribus Messiae ascititiâ ma-
 litiâ suâ repugnantes & liberè sub ira DEI ma-
 nentes per imitationem Satanæ tales, intelli-
 guntur. *Genus humanum* verò non obscure si-
 gnificatur. *Mulier* enim & in ea *Vir ac maritus,*
 totum genus humanum hîc repræsentabant,
 sicut etiam totum genus humanum in Adamo
 ceu radice lapsus fuerat. III. *Id quod Filius DEI*
agit & præstat in textu, quatuor actibus absolvi-
tur. Primò enim spondet: Deinde denunciat:
Tertio prædicat & gratia fœdus init: Quarto præ-
dicat. Sicut Filius DEI ab æterno divinæ iræ ex
 præviso lapsu ortæ, sese mediatorem interpo-
 fuerat: ita hîc sese in tempore ipso actu se va-
 dem & sponsorem offert. Et cum ante promissio-
 nem non fuerat in Massa creata humanita-
 tis Messias, jam per promissionem illam ita e-
 vehitur, ut ex ea etiam Messias nasci debuerit.
Spondet de humana natura assumenda & offi-
 cio contra Satanam exsequendo. *Denunciat*
Satanæ bellum inter se & mulierem, & inter
 Satanæ

Satanæ Semen ac Semen mulieris. Universum genus humanum advocat ac legis voce *Adam ubi es?* perterritum, solatur, illiq; ostendit, propter interventum Messiaë s. Seminis Mulieris sententiam damnatoriam non statim Deum, executurum, sed ad gratiam per Messiam patere accessum. *Predicit tandem exitum, qui est Contritio, tum ex parte Messiaë, qui caput Serpentis contriturus erat, tum ex parte Serpentis, qui in calcaneo contriturus erat Messiam.*

V. *Grammatica* vocum & phrasium expositio ex citatis autoribus petenda est, quibus seqq. distinctiones lucem foenerare possunt. 1. *Ordinatio* odii ac inimicitiaë intelligenda est, non ex parte diaboli Christum persequentis, sed *Christi*, odium Satanæ vindicantis. Ut ut enim jamjam Filii Dei hostis factus fuerat Satanas per lapsu, nunc tamen novu odium inter Filium Dei seu semen mulieris & *Satanam* oritur. 2. *Mulier* consideratur *duplici* modo: Semel ut futura mater Messiaë erat: *Deinde* ut *peccatrix*, quæ prima seducta & causa transgressionis tum Adamo tum toti posteritati ordinario modo procreatae extiterat, ac seductrix *1. Tim. II, 13.* posteriori modo includit *Virum & posteros*: priori modo est *Mater seminis*, non quidem immediatâ generatione sed *mediante generatione* per *Mariam Virginem*. 3. *Eva peccatrix*, consideratur *duplici* modo: vel *ratione naturæ* jam per lapsum infectæ: vel *ratione regenerationis* quâ fiunt semen DEI.

D

Priori

Priori modo non habet inimicitiam cum diabolo, sed est semen ejus, sicut bis dicimur filii iræ Eph. II, 3. Posteriori verò modo inimicitia est inter diabolum & Evam, quæ tamen non à natura corrupta est, sed ex positione & ordinatione divina, sicut per hanc θεσιν seu ordinationem gratuitam, homines fiunt semen DEI, quatenus per verbum & Sacramenta regenerantur. 4. Semen mulieris non collectivè sumitur, sed individualiter de una aliqua persona, genitâ ex muliere, phrasi à Scripturæ usu non aliena Gen. IV, 25. c. XXI, 13. quod ipsa Protevangeli ratio ostendit. In promissionibus enim de bonorum spiritualium impetratione Unicum semen Messiaæ spectandum esse, Apostolus Gal. III, 16. nos docuit, ubi falleret omninò illatio Apostolica, nisi Maxima hæc concederetur: Ubicunq; ponitur semen in promissione spirituali, ibi intelligitur Christus. 5. Contritio capitis & Contritio calcanei probè distingvi debent. Alius enim modus Contritionis est, quo caput Satanæ à Semine conteritur, per potentia ac autoritatis abolitionem & debellationem, & Alios quo Semen mulieris in Calcaneo à serpente petita. Posterior passionem & pugnam, Prior autem victoriam designat. 6. Contritio capitis Serpentine, quam in sua persona præstat Messias, non confundenda est cum ea, quam in membris suis exercet. Prior enim Contritio est Mediatoria: Posterior verò est participatoria. Vicit Satanam, & potentiam ejus, quæ est pecca-

peccatum ac mors, abolevit in propria persona: credentes verò hanc victoriosâ contritione fruuntur. *Prior est Donum*, quò meruit nobis inimicitiam cum Satana & amicitiam cum Deo, quod per fidem apprehendunt credentes: *posterior* verò per *exempli modum* se habet in Sanctificatione, quando dominantur credentes peccato, cujus imperium Satanas habet, & liberi fiunt à servitute peccati, quod magis magisque mortificant, donec tandem in resurrectione plenariè peccatum etiam quoad inhabitationem abolebitur. *Prior primaria est & primariò h. l. attenditur: Posterior autem secundaria, de qua agitur, Rom. 16, 20. 2. Cor. 2, 14. 1. Cor. 15, 5. 7.*

VI. *Dubiorum solutio* ex dextera phrasium intelligentia maximam partem peti potest & *predicti auctores* abundè etiam præstant eam.

VII. *Confectaria* ex h. t. elicienda sunt vel *Didascalica* vel *Elenctica* vel *pædantica* vel *Epanorthotica* vel *Consolatoria*.

DIDASCALICA sunt sequentia, prout quidem *Lutherus in Fer. 11. pasch. Postill. Domest. p. 237. seqq.* ea consignavit.

1. *Christus sive Messias est verus & naturalis Homo*, licet Sanctus & ab omni labe semotus: *Wo ER nicht warhafftiger natürlicher Mensch were/so könt ER nicht des Weibes Samen / das ist/natürliche Weibes Frucht und Kind seyn.*

2. *Messias est verus Deus*. Denn soll ER der Schlangen den Kopf zutreten/das ist/ein HERR seyn

seyen über Sünd und Tod / den Teuffel unter sich
treten / und aus seiner Gewalt reissen / Gerechtig-
keit und Leben wiederbringen / so gehöret eine
göttliche Allmächtige Krafft darzu.

3. *Messias pati debuit & quidem solus pro
peccatis.*

4. *Messias devicit mortem ac infernum
debellavit, omnemqve potestatem Satanz a-
demit.*

5. *Messias est Salvator Universalis, quia Uni-
verso generi humano sese hic offert sponforem
& vadem.*

6. *Evangelium non est nova doctrina, sed
ab initio Ecclesie viguit.*

ELENCHTICA sunt Opposita Didascalicis
& quæ Photiniani, Calvinistæ ac Papistæ hîc vel
negant vel adulterant, hîc vindicari debent.

PÆDEUTICA talia esse possunt.

1. *Fœderis gratiæ in Paradiso oblata nobis
ab ipso Mediatore, memoriam nunquam depo-
nere debemus.*

2. *Cum diabolo ejusq; regno nullum con-
sortium habeamus, 2. Cor. VI, 14. seqq.*

3. *Evangelio dignè vivamus & prædicemus
Virtutem ejus, qui è tenebris nos vocavit in ad-
mirabilem suam lucem I. Pet. II, 9.*

EPANORTHOTICA talia elici possunt:

1. *Impietas extrema istorum hominum est,
qui de Diabolo bona præsumunt & familiarem
quandam necessitudinem cum eo habent. Filium
DEI*

DEI (1.) mendacii arguunt, qui non nisi hostilia ex Satana nobis promittit. (2.) contrarium agunt. Filius DEI inimicitiam ordinavit, illi verò familiaritatem cum diabolo colunt. (3.) Ingrati in Filium Dei sunt, qui à Satana eos liberavit.

2. *Securitatis lethargus* excutiendus. Satanas in angelum lucis se transformat quidem, sed hostis est & extremè insidiatur.

3. *Stulta Consilia* sunt eorum, qui enixè hoc agunt, ut *Christum & Belial* consilient & posthabita veritate solam pacem urgent.

CONSOLATORIA sunt:

1. *Omne dominium & jus Satanae* ademptum est per Christum qui destruxit mortem 2. *Tim. I, 10.* & eum qui habet mortis imperium *Ebr. II, 14.*

2. Utut diaboli minas parvi habere non debeamus, non tamen penitus animum propterea abjiciamus. *Judicatus est princeps mundi Job. XV, XVI, 11.*

3. *Calcaneus Christi sumus*, cui diabolus infingere solet morsum, quamdiu in mortali corpore sumus. Sed ita conformes reddimur imagini filii Dei, *Rom. II, 17.*

VIII. Ad singula consuetaria eorumq; argumenta ex textu petita paralleli textus & testimonia, exempla, similiaq; ex S. Codice præprimis applicanda sunt, quæ seligi etiam debent prius, quàm ipsa applicatio eorum fiat ad Concionē & ex illis conficiatur justus sermo Concionatorius, de quo porrò sequitur. II, AP-

II. APPLICATIO APPARATUS SECUNDUM METHODUM ANALYTICAM.

Ut Exordium argumento & scopo textus
conueniens sit, poterit attendi ad *textus adjun-*
ctum, &, quòd *protEvangelium* sit prænotari. Id
quod ordo revelationis ac scriptionis & cæte-
rarum omnium promissionum ad hunc textũ
relatio ostendit. Magnum est, talia revelari no-
bis in textu à filio Dei, quæ omnem intellectum
angelicum superant *Job. I, 18*, sed quod *omnium*
primò in eo nobis ea revelentur, hoc meretur
attentionem. Illustrari potest à *simili*. Sicut
primum nuncium rei alicujus, admirationem
concitat & præ cæteris observari meretur, quod
etiam comprobarunt duo isti Viri Cusi & Ahi-
maatze de prioritate contendentes *2. Sam. XIII,*
19. seq. & Petrus ac Johannes *Job. XX, 4*. Ita et-
iam hic textus præ cæteris *admirationem & at-*
tentionem requirit, in quo omnium primò talia
numerantur, quæ nec intelligere nec capere
quisquam mortalium potuisset.

Ad Propositionem declinari debet & ita for-
mari illa : *Agite cogitemus ac intueamur Nuncii*
hujus primi summam. Divisio autem & partitio e-
jus juxta *principaliora argumenta* instituat, ubi
fese probat ac ostendit :

1. Nuncii *dignitas* des Friedens-Bothen
Würdigkeit.
2. Objecti *qualitas*, An wem er es bracht/und
dessen Beschaffenheit.
3. Ar-

3. Argumenti *majestas*, sein Anbringen und dessen Wichtigkeit.

VOTUM:

Qui primum omnium attulit nuncium, etiam aures & mentem per Spiritum suum aperiat, quo intelligamus & apprehendamus, quæ nunciata nobis sunt ad suam gloriam & nostram salutem.

TRACTATIO.

Hic est dies boni nuncii non malè pronuntiabant quatuor illi leprosi, de die isto, quo Samaritæ liberationem annunciabant 2. Reg. VII, 9. Rectius verò omnium hoc sibi proprium fecit *ille dies*, quò primum Evangelium in paradiso fuit annunciatum. Hoc enim solùm nuncii boni nomen meretur, ad quod collata cætera nuncia, nihil sunt, sive eum, qui nuncium fecerit, cogitemus, sive etiam ad quod fuerit factum, sive ipsum nuncium annunciatum. Maximè ita est:

I. Ob *Nuncii dignitatem*. Spiritus S. aliàs in caduceatorum descriptione non parum operæ posuisse videtur, Esa. LII, 7. Nab. I, 15. Sed hic caduceator, quia totus ac solus est, Sir. XLIII, 29. ideò non operosè describitur, sed nudè per unum Verbum designatur, quod pronomen *Ego* involutum habet. Quis hic sit, ex contextu obscurum non est. *Redemptorem* enim constituere ac mittere, & inter hunc ac Satanã ponere ac ordinare inimicitiam, nullius hominis est,

est, ne dum angelorum. Ipse ergo Deus est qui nuncium hic agit. Et quidem *Secunda* in Trinitate *persona*. Quod enim præstatur hic opus, *Opus ad extra* quidem est, omnibus *tribus personis* in *SS. Trinitate* commune, in quo tamen *ordo personarum* observandus. Per *parallelum* textum hoc illustrari & probari potest *Job. I, 18.* de quo *B. Chemnic. c. XX. Harm. p. 63.* *Utrumque* in hac sententia intelligi potest, & quod ab initio post lapsum & toto tempore *V. T. Unigenitus DEI* filius fuerit *persona*, quæ ex sinu æterni patris decreta de redemptione seu promissionem Evangelii protulit: & quod incarnatus planius & plenius illud mysterium enarravit. Amplificari potest argumento à necessitate, sumto ex *Matth. XI, 27.* *Nemo novit patrem, nisi Filius & cuicumque voluerit Filius revelare.* Externa & summa est cœcitas ex nostra parte, & *imperscrutabilitas* maxima ex parte rei revelatæ. Et sicut non nisi *infinita sapientia* consilium de nostra salute invenire potuit ac *infinita potentia* istud exequi: ita etiam non nisi illa ipsa *infinita sapientia* revelare etiam potuit istud. Conferatur *1. Cor. II, 7. Eph. III, 9. Col. I, 26. &c.* Porro à *DEI bonitate & clementia* addatur argumentum, quâ, uti ab æterno, & prius, quàm eramus, ad prævisionem lapsus nostri nos persecutus fuerat: ita etiam in tempore succurrere & non promittere modò ac revelare, sed etiam ipsum foedus nobiscum in *protoplastis* pangere voluit.

Con-

Conseſſarii didaſcalici loco, doctrina de etate & Origine Evangelii poni poteſt. Non tantum antiquiſſima hæc doctrina eſt ſed etiam ab ipſo Filio DEI profecta. Argumenta, quibus hoc thema probetur, ex textu ſumi poterunt. (1.) ab ipſa revelantis denominatione. Non eſt quod ambigamus de autore. In textu v. 13. vocatur יהוה אלהים (2.) ex ipſius Objecti conditione, quod eſt myſterium ipſis angelis etiam abſconditum. Etenim incarnationem Meſſiæ, antequam reipſa perageretur, angelis non innotuiſſe, non obſcurè Apoſtolus Eph. III, 9. indicat. (3.) ab ipſius operis qualitate. Verum non nuda annuntiatio eſt Evangelium, ſed fæderale, quid in ſe habet & verſatur inter Deum, qui promittit in Chriſto gratiam, & inter homines, qui fide recipere promiſſum bonum debent. (Legi & conferri poſſunt quæ Gerhardus & Chemnicus prolixè in locis ſuis de antiquitate Evangelii tradiderunt.) Si auditorii ratio ferret, poſſet ad Elenchticum Conſeſſarium transiri & atro calculo notari Photiniani & Arminiani: Sed in ædificationem plebis plus proderit, ad pædeuticum descendere, in quæ Commendationem doctrinæ Evangelii abire & ſuſcitare mentes ac pectora hominum ad recipiendam eam. Argumentum idoneum præſtat Apoſtolus Ebr. X, 28, 29.

II. Quanta autem dignitas Caduceatoris huius, qui non homo ſed DEUS & ipſe DEI Filius, tanta eſt humilitas eius, in quem tendunt ea,

D 5

quæ

quæ tam solenniter proferuntur. Cum *Diabolo* negotium in textu quidem *Filio DEI*, sed ad *diabolum* non spectant quæ promittuntur. Verba *B. Pol. Lyseri Senioris in Adamo* p. 272. digna sunt quæ recitentur. *Coram DEO* justo iudice, inquit, adseat miser *Adamus* qui lapsus est cum *Serpente* & *diabolo* qui seduxit. Et ante quidem *DEUS* fuit caput *Adami*, sed *Satanas* iam per lapsum *Adamum* à capite suo avulserat & ipse factus erat caput hominis, qui iam eum sub peccato captivum tenebat in tenebris & carcere umbræ mortis, & in laqueis suis eum ducebat ad voluntatem suam, vinculum eum detinens in lacu, in quo non est aqua, ubi etiam operatur in filiis diffidentia, hoc quærens ut in æternum exitium unà secum trahantur. Et quia *diabolus* est superbus *Spiritus*: ideo in corde suo gloriabatur & jactabat suam astutiam ac potentiam. Sic apud se cogitans, En, *Adamus* fuit creatus ad imaginem *DEI* ut esset templum *Spir. S.* & filius *Altissimi*: & tamen per me avulsus est à suo capite, inq., meam pervenit potestatem. Ego firmiter eum tenebo, ne rursus mihi elaboratur. Cum ergò de homine iam actum esse videretur, nec ulla spes superesset, quæ se in pristinam libertatem vindicare posset; ibi orditur *DEUS* hunc sermonem: Ego ponam inimicitias &c. Ex uno ergo latere *Satanas* stat seductor cum suo serpentine: Ex altero verò *Adam* seductus. Seductor sub *Serpentis* nomine indicatur. Non enim simpliciter naturalis *Serpens* intelligitur personatus, Sata-

Satanas scilicet qui nomen Serpentis antiqui inde meruit *Aphor. XII.* Hic semē suum habet, quod homines sunt per imitationem ejus vel naturam, quo modo omnes homines semen Satanæ & filii iræ sunt *Eph. II.* vel per malitiam ascititiam & rebellionem contumacem, unde sunt gemmen viperarum *Matth. III, 7.* *Seductus* verò sub nomine *Mulieris* denotatur, quæ h. l. non modò ut *seductrix* & quæ causa transgressionis fuerat consideratur, sed etiam in ea *Vir ac totum genus humanum.* Hi duo sunt quibus Verbum hoc annunciatur sed non unâ ratione. Quatenus enim *promissio* erat, ad solum *seductum* spectabat. Quat. verò *Comminationem* in se continebat, ad *Satanam cum Semine* respiciebat: *Satanas audax & superbus Spiritus* jactabat suam astutiam & potentiam & sic cogitabat: En Adamus fuit creatus ad imaginem DEI, ut esset templum Spir. S. & tamen à me avulsus est à suo capite, inq; meam pervenit potestatem. Ego firmiter eum tenebo ne rursus mihi elabatur. Homo verò *Seductus*, lege divinâ, *Adam ubi es!* perterritus non videbat, unde evadere posset & vindicare se in libertatem pristinam. Ille in audacia sua confunditur. *Hic* verò erigitur & in eo totum genus humanum è Castris Satanæ evocatur.

Hic multa quidem *Consestaria* possent elici sed *primarium* inter omnia est *thema de gratia reparationis omnibus hominibus in Adamo oblata.*

Latza. Uti enim Adam radix totius generis humani fuit, & in eo ceu radice, totum genus humanum & omnia ejus individua lapsi sunt & peccarunt: ita etiam in Adamo totum genus humanum iterum erectum illiq; gratia reparationis oblata fuit. *Illustretur & roboretur hoc per illa testimonia quæ & vocationis & gratia ac Meriti Christi universalitatem enunciant ac testantur.* Ad *Elencticum* genus inflectatur id paucis & *generi paedentico* etiam aliquid tribuatur, ostendaturq; *debitum* singulis universi orbis individuis impendens, quæ admittant hanc gratiam & non ingrato pectore transmittant.

III. Tanta autem Majestas hujus *Nuncii* est ut ne angelorum lingvæ si essent, sufficerent illi explicando. De *nuncio* liberationis quod *Moses & Aaron* DEI nomine tulerant Israelitis, memoratur, id præ gemitu & anxietate non fuisse ab ipsis acceptatum *Exod. VI, 9.* Non anxietas & dolor modò ex protoplastorum parte erant, quæ obesse etiam poterant quò minus audirent, quæ offerebantur, sed etiam ipsum nuncium majestate sua mentes ipsorum adeò percellibat, ut impares credendo fuerint & divinâ illuminatione per nuncium opus haberint. Verè autem *Lætum* hoc nuncium est *de liberatione*, in quo omnia majestatem summam spirant, sive hostem spectemus à quo, sive *Mediatorem* per quem, sive *Modum* quomodo, sive *effectum & eventum*, & quæ similia sunt, liberari debe-

debeat homo. (1.) *Is à quo liberari debebat homo, est Satan, Fortis ille armatus Luc. XI, 21. Esa. XLIX, 24. Job. XL, 27. c. XLI, 24.* (2.) *per quem liberatio fieri debebat, est Semen Mulieris, Filius Dei incarnandus.* (3.) *Modus erat passio per Calceaneam morsum significata.* (4.) *Effectus sive Eventus est Conculcatio capitis Serpentina s. Victoria de Satana per passionem reportanda.* Et hæc omnia non nudè hinc anumerata fuerunt, sed & singulari ac foederali actione sponsa & oblata, quæ natura est Evangelicarum promissionum.

Conseſtaria multa hinc deduci possent de persona & officio Messie, de natura Evangelii & discrimine ejus à lege, sed præ cæteris ratio haberi debet thematis de passione JESU Christi λυτρωτήν s. redemptoria, quod deduci debet per argumenta sua ex textu. (1.) quis passus fuerit? Non nudus homo, sed Θεάνθρωπος. (2.) quomodo? non tantum verè sed etiam dolorosè, ita ut morsum Satanae verè senserit. (3.) quo autore? Ipsius Patris Voluntate, qui inimiciam hanc ordinavit in salutem generis humani. (4.) quo fine & eventu? Ut omnem potestatem Satanae aboleret, ejusque regnum everteret. Graviter Lutherus de hoc textu in Concion. die parasce. pass. Dominicae p. 218. postill. domest. Diesen Spruch hat Christus zu Zeit seines Leidens hören müssen / der hat ihm ins Herß geklungen und ihm geprediget / denn Er war ietzt in die Stunde kommen / daß Er der Schlangen / nicht die im Grase kreycht und Frösche frisse /
sonne

sondern der alten Schlangen dem Teuffel den
Kopff zutreten solte. Et paulò post p. 219. Diesen
Spruch hat Christus angesehen/ da Er leid/ und
gesagt/ diß ist die Stunde/ da ich dem Teuffel den
Kopf zutreten/ uñ er mich in die Fersen stechẽ soll.

*Fiat tandem Epilogus per repetitionem &
Commendationem hujus nuncii Evangelici primi,
quod centrum omnium promissionum de Christo &
Evangelii est, & ut amplectamur fide istud, voto
finiatur ex Jer. XV. Enthalte uns dein Wort / &c.*

Quia duæ pagellæ vacuæ sunt, adde-
re placet in Synopsi quadam, quæ in Con-
stit. Ecclesiast. nostrarum Ditionum de Con-
cionatoribus ac Concionibus habendis,
prudenter ac piè ordinata sunt,

I.

In Pfarherr soll keinen Studenten auff-
treten noch predigen lassen / er bringe dann
von seinen Præceptoribus, daß er in heiliger
Schrift studiret, und des Orts Superintenden-
ten, ein schriftlich Zeugniß / daß er darzu ge-
schickt erkandt / und demnach sicher zum predi-
gen möge zugelassen werden / der auch das Con-
cept zuvor dem Pastori oder dem Superinten-
denten gewisset habe. General Artic. art. 3. sub
finem. Allein denjenigen sollen die Pfarrherrn
die Cankel zutreten verstaten / die von ihren Su-
perintendenten, daß es ihnen vergönnet sey/
schrift-

schriftlichen Schein darlegen werden / Im Syno-
dal-Decret 1624.


2. Edelleut und andere Lehensherrn / denen
Kirchendiener mangeln / sollen solche in den Ho-
hen-Schulen und Universiteten, zu Leipzig und
Wittenberg suchen. General-Artic. art. 1.


3. Alle Gelegenheit der Ordinanden so viel
möglich soll erkundiget / und nicht nachgelassen
werden / bis vermercket wird / daß sie aus dem
Grunde Gottes Wort ihre Lehr in allen Artickeln
bestetigen / die angezogene Zeugniß selbst in der
H. Bibel gelesen / und in derselben läufftig und
erfahren seyn. Da sich aber befindet / daß einer
in der Lehre ungeschickt / sollen die / so ihn gesand
und zu der Pfarr beruffen haben / oder wollen /
schriftlich von dieses Ungeschicklichkeit berichtet
und ermahnet werden / daß sie auff ein andern be-
dacht seyn wollen. *Ibid.*


4. Predigten sollen (1.) nach den Prophe-
tischen und Apostolischen Schrifften / und dann
nach der unveränderten Augsp. Confession, der
darauß erfolgten Apologia, den zu Schmalkal-
den durch D. Luthern geschriebenen Artickeln /
auch beyden Catechismis Lutheri, und der zu
Torgaw von allen streitigen Artickeln gestellet /
und hernach aus allen andern Kirchen einge-
brachten Bedencken verbesserter einhelliger De-
claration, eingerichtet / und denenselben zuwider
weder heimlich noch öffentlich gelehret werden.
General-Art. art. 2. (2.) Also angestellet werden /
daß


daß sie zur Erbauung der Gemeine Christi / in
 warhafftiger Erkänntuß und Furcht Gottes /
 auch zu aller Christlichen Zucht und Gott gefälli-
 ger Erbarkeit/dienen mögen. *General. Art. art. 3.*
 (3.) aus denen gewöhnlichen und verordneten Ev-
 angeliis alle Sonn- und Feyertage. *Ibid.* (4.) an
 Sonn- und Feyertagen auffß längste eine Stun-
 de / zu Mittag aber und in der Wochen auffß läng-
 ste dreyviertel Stunden / weren / *Ibid.* nicht über
 eine halbe Stunde / *Synodal. decret. 1624.* (5.) nicht
 viel Stücke haben / sondern eines / zwen oder drey
 so dem Volk unterschiedlich und mit guter Ord-
 nung also sollen fürgehalten werden / daß auch die
 Unverständigen es fassen und behalten mögen.
Ibid. (6.) Sprüche / sollen mit denen Worten / wie
 sie D. Luther verdeutscht hat / angeführet werden.
Ibid. (7.) im Straffen also eingerichtet seyn / auff
 daß die Pfarrkinder vernehmen mögen / daß sie
 nicht aus fleischlichen Willen / Zorn und eigener
 Rachgier / sondern Christlichen und väterlichen
 Eiffer hergestossen. *Ibid.* (8.) Auff keinen andern
 Catechismum die Leute führen / denn wie dersel-
 bige durch wienland den hocheleuchteten Mann
 D. Martin Luthern seligen / in Druck gegeben /
 und seinen Tomis eingeleibet worden
 ist. *General. Art. art. 4.*


F I N I S.












Ja 1575 2

ULB Halle


3


004 794 850



Sb.

W 17





7. 7.

I. N. J. A.

DEGETICUM,

VIBUS APHORISMIS

pro Collegio Con-
cionatorio,
nceptum & nunc revisum

NEDICTO CARPZOV,
heol. Doct. & Prof. P. &c.

◊◊◊◊(o)◊◊◊◊

LIPSIAE,

. TOBIAE RIESEN, Bibliop.
is JOHANNIS BAUERI,
Anno M, DC. LVI.

